Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



183

Uel in morem heliae igne de sublimi uenire cupiebant uel in similitudine samuhelis tempore estiuo
mugire tonitrua cum fulgore imbres fuere quasi non possint ex illa calumniari & dicere
ex occultis & uaris aeris passionib: accidisse ad tui quia calumniaris eaque oculis uides in manifestes
uaritate sentis quid facis debis quae de caelo uenerint utiq: respondebis & magos in egypto multa
Ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis omne | signa fecisse de celo.
regnum in seipso diuisum desolabitur & domus super domum cadet.
Non addita sed ad cogitata respondit ut uel sic compellerent credere potentiae eius qui cordis uide
bat occulta, siquidem omne regnum in seipso diuisum desolatur. Ergo patris & filii & spiritus sancti regnum non est
diuisum quasi ne illa contra dictione non aliquo impulsu desolandum sed ad certam et stabilitatem man
surum, siuero sancte & indiuiduae trinitatis indiuiduum immo quia indiuiduum manet & regnum desistant
arriani minorem patre filium minorem filio sancto dicere spiritum quia quorum unum est regnum horum est & una
Si autem satanas satanam in seipsum diuisum est diuisus est. quomodo stabit | maiestas.
regnum ipsius. qui dicitur in belzebub eicere me daemonia.
hoc dicens ex ipsorum confessione uolebant intellegi quod in eum non credendo in regno diabuli
essent dilegissent quod utiq: aduersum sed diuisum stare non possit & eligant ergo pharisei quod uoluerint.
Si satanas satanam non potest eicere nihil contra eum dum quod dicerent inuenire potuerit. si autem
potest multo magis sibi prospiciant & recedant de regno eius quod aduersum sed diuisum stare non potest.
In quo autem dominus xpsus eiciat demones ne de demoniorum principem existimentur adtendant quod sequitur.
Si autem ego in belzebub eicio demonia filii uestri in quem eiciunt ideo ipsi iudices uestri erunt.
Dixit hoc utiq: de discipulis suis illius populi filius qui certe non discipuli illius xpi benesibi conscius fue
rint. nihil se malorum argumentabono magistro didicisse ut in principem demoniorum eicerent demones.
Ideo inquit ipsi iudices erunt. Ipsi inquit ipsi ignobilia & contemptabilia huius mundi inquib: non arti
ficiosa maligna tas sed sancta simplicitas meae uirtutis apparet & ipsi testes mei iudices erunt. Ut filios iudeorum
exorcistas gentilis usus more significat quia in uocatione eiciebant demones: & coartat eos inter
rogatione prudenti & confiteantur spiritus sancti esse opus: quod si expulsio inquit demonum in filiis uestris dono non de
monib: deputat quare in me idem opus non eandem habeat causam. Ergo ipsi uestri iudices erunt non potestate
sed comparationem dum illi expulsionem demonum donad signant uos belzebub principi demoniorum.
Porro si in digito dei eicio demonia profecto peuenit in uos regnum dei.
Iste est digitus quem confitentur & magi qui contra moysen & aaron signa faciebant dicentes: digitus dei
iste est. quod & tabulae lapideae scriptae sunt in monte sina. Igitur manus & brachium dei filius est. & digitus
eius spiritus sancti patris & filii & spiritus sancti una substantia est non tescandalizat membrorum inaequalitas
cum aedificet unitas corporis. Ut digitus dei uocatur spiritus sanctus propter donorum quae in eo
dantur unicuiq: propria siue hominum siue angelorum. In nullis enim membris nisi magis apparet
partitio quam in digitis. quod autem dixit peuenit in uos regnum dei. regnum dei nunc dicit quo damnantur
impii & a fidelib: de peccatis suis paenitentiam nunc agentibus secernuntur.